



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De autoritate Episcopali. cap. xxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis, vt per Philippū Fran. in c. presentī, de offi. ordinan. in vj. Et vide text. in c. quia saepe, de electio. eo. lib. vj. & vide doct. in c. relatum, de testamen. sed dicit ibi Panor. quod bona acquisita per prædecessorem nō cedunt lucro successoris, sed debet hic dispensare, sicut dispensat alia bona ecclesiæ. Et ibi dicitur, † quod clericus non potest testari de bonis per ecclesiam acquisitis, sed de acquisitis aliquo iusto artificio potest testari. ibi videbis. Et solus prælatus potest repudiare legatum, vel hæreditatem delatam ecclesiæ. Iason latē in l. legatum, de lega. j. & ibi vide, quid de tutore. sed Alexan. dicit ibi, quod communis opinio est in contrarium. & hæc est veritas. Sed olim in primitiua ecclesia non erat proprietas apud ecclesias, sed volentes conferre bona sua vendebant, & pretium offerebant egenis. Sed postea fuit constitutum, eo quod sic melius subueniretur constitutus in necessitatibus, vt proprietas non venderetur, sed reseruetur ecclesijs, & ex redditibus alerentur indigentes, vt in c. videntes, xij. q. j. licet à principio nascentis ecclesiæ, ecclesiæ nulla tenebant bona, nec prædia possidebant, vel alia immobilia bona, nec longo tempore tenere. Immo clerici, & religiosi, ac cæteri ecclesiæ ministri more Apostolico, vt in Actibus Apostolorum subiicitur, & xij. q. j. per totum, vivebant, & vixerant vsque ad tempora beati Urbani Papæ martyris huius nominis primi, qui post Calixtum primum etiam martyrem in cathedra Petri circa annum Christi ccxx. immediatē sedit. Et de istis videbis repetitionem Benedicti in c. Rainutius, de testamen. in j. decisione.

Sed omnino vide xij. quæst. j. vbi clericis nullo modo licebat habere proprium. & ibi vide c. futuram. & c. videntes. & in c. ex his, dicitur: Episcopus ex rebus ecclesiæ sibi, & suis necessaria sumat. & in c. nulli Episcoporum, dicitur: Non liceat Episcopo res ecclesiæ in suos vsus convertere.

DE AVCTORITATE EPISCO-
pali. Cap. XXV.

SVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Indicare secundum conscientiam suam an debeat Episcopus.
- 2 Collegium Cardinalium, sede Papali vacante, periculo imminente in causis arduis iurisdictionem habet.
- 3 Tenetur Episcopus ecclesiam suam defendere, ac etiam mortem subire pro defensione dictæ ecclesiæ ac Christianæ fides, potest etiam iura ecclesiæ, vel pauperum ad tempus dimittere, quando non potest sine contentioso iudicio recuperare. & num. 4.
- 5 Episcopus in Episcopatu succedens, an teneatur stare colono prædecessoris, & de prælato possitne ad vitam locare.
- 6 Episcopus ecclesiæ bona nomine suo naturaliter possidet: nomine vero ecclesiæ naturaliter, & civiliter possidet: potest etiam ad vitam alicui pro benemeritis de bonis ecclesiæ concedere.
- 7 Episcopus cum capitulo statuta condere potest, eaq; interpretari.
- 8 Episcopus an cogatur punire clericum condemnatum à iudice seculari pro crimine antequam efficeretur clericus.
- 9 Damnato clerico per ecclesiam, feudum reuertitur ad dominum temporalem, damnato vero laico per iudicem temporalem, feudum reuertitur ad ecclesiam.
- 10 Episcopus de crimine inquisitus, vel accusatus, innocentiam suam per suos domesticos familiares probare potest.
- 11 Familiares qui dicantur.



N^o secundum conscientiam suam iudicare debeat Episcopus, vide Ioan. Bertach. in tracta. de Episcopo, in iiij. volum. fol. 60. & ibi dicit, quid in causa confinium? & ibi multa videbis circa hoc. Et ibi tractat, an Episcopus possit delegare causam alicui, existens extra prouinciā: & non valet quod geritur sede vacante contra Episcopum, sed est reuocandum: quia ecclesia fungitur vice minoris, de in integ. rest. c. j. xij. quæst. ij. si qua de rebus, de iure patron. c. sicut, secundum Spe. tit. ne sede vacan. versi. & nota, vbi etiam subdit, posse tunc procuratorem, vel vi-

M

sitato-

sitatorem constitui, qui tractet causas, & negotia Epi-
 scopatus, lxj. dist. c. obitum, & c. seq. vij. q. j. constitutum.
 In hoc tamen capitulum procedet de consuetudine crean-
 do procuratorem, per c. is, qui, de maio. & obed. secundum
 Spe. vbi supra, & Ioan. And. in c. j. ne se. vacan. in vj. Philip.
 in c. bonæ, de appel. & Rayn. de Flor. in l. a tutoribus. §. si.
 ff. de administ. tuto. potest etiam ipsum capitulum habere
 curam, & custodiam; quia tunc iurisdicção est apud capi-
 tulum. Barto. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his;
 non tamen quò ad collationem beneficiorum, secundum
 2 docto. & Ioan. And. in c. ij. ne sede vacan. † Collegium ve-
 rò Cardinalium sede Papali vacante habet iurisdictionem,
 si periculum imminet in causis arduis, secundum glos. &
 doct. in c. j. de schismaticis, in vj. vide glo. in Clem. ne Ro-
 mani, de elect. & per docto. in c. cum ex eo, de præbend. Et
 3 Episcopus tenetur defendere suam ecclesiam, c. penul. de
 iur. calum. tenet Spe. in tit. de restit. in integ. vers. sed nun-
 4 quid prælatus. † Immo debet mortem subire pro defensi-
 one suæ ecclesiæ, & fidei Christianæ, glo. est not. in c. con-
 uenior, xxij. q. viij. Et de hoc vide Inno. in c. nihil, de præ-
 scrip. & ibi vide Abb. vbi notatur, quòd Episcopus potest
 dimittere iura ecclesiæ, vel pauperum ad tempus, quando
 non potest sine contentioso iudicio recuperare: alias ne-
 gligentia in prælato est peccatum mortale. Panor. ibi. Ad-
 de quòd Episcopus & clericus tenentur patrocinari in cau-
 sis ecclesiæ suæ, glo. notab. in c. nulli, iij. q. j. & tenetur Epi-
 scopus defendere ecclesiam vacantem, ita Spe. in tit. de
 acto. vers. item Episcopus. not. in c. cum dilectus, de succe-
 ab intest. Et Episcopus sine mandato speciali petit restitu-
 tionem in integrum pro ecclesia. ita Spe. in tit. de restitu-
 in integ. vers. prælatus autem nomine. Idem dic in acto-
 re vniuersitatis, patre, tutore, curatore, & quolibet alio
 legitimo administratore. ita Barto. in l. j. C. etiam per pro-
 curatorem cau. res, in integr. agi poss. Spe. vbi supra, & di-
 citidem in syndico. tenet glos. in l. res publica. C. ex qui-
 5 bus cau. maio. † Et an Episcopus succedens in Episcopa-
 tu tenetur stare colono prædecessoris, & an prælatus possit
 locare ad vitam, vide de hoc Ioan. Bertachin. in tracta-
 tu de

tu de Episcopo, folio 57. & ibi videbis, si Episcopus non soluit, eum priuari feudo, in vita sua tantum. Et an Episcopus præiudicet ecclesiæ recipiendo canonem ab emphyteota iam priuato, ibi vide. Et an Episcopus teneatur sententiarum secundum allegata, & probata, videbis ibi in folio 60. & quando iudicat de ætate, & in materia confinium, quia oculata fides multum operatur, vt supra tetigi. † Et Episcopus possidet bona ecclesiæ nomine suo naturaliter, sed nomine ecclesiæ naturaliter, & ciuilitur possidet, secundum Inno. in cap. in literis, de restitu. spolia. & Flori. in l. seruitutes. ff. de seruitu. Et Episcopus potest concedere ad vitam alicui pro benemeritis de bonis ecclesiæ, cap. possessionis xvj. quæst. j. Sed quæro, quando Episcopus condemnat criminofum, an possit in sententia sibi pœnas applicare? Bald. tenet, quod non, in authen. bona damnatorum. C. de bonis damnat. & Angel. in authen. vt nulli iudi. §. vt autem, in princi. Quin etiam dicit Bald. in l. ij. C. de Episco. audi. quod non debet Episcopus pœnam suæ cameræ applicare, nisi ex causa necessitatis. & vide in cap. irrefragabili, de offi. ordinarij.

Et delinquent prælati in subditos exigendo exactiones indebitas, vide Hostien. in summa, in tit. de excess. prælatorum: Sed veniam à subditis non petunt, si in corripiendo modum excefferint, c. quando, lxxxvj. distict. † Et Episcopus cum capitulo potest condere statuta, vide docto. & Anton. in c. cum omnes, de constit. Et Episcopus potest interpretari statuta, & alia dubia coram se occurrentia. ita notat. in c. nec licuit, xvij. dist. & in c. inter alia, de senten. excom. & de hoc vide Bart. in l. omnes populi, iij. q. princip. ff. de iust. & iur. † Et an Episcopus cogatur punire clericum condemnatum à iudice seculari pro crimine, antequam efficeretur clericus, Barto. tenet, quod sic, in l. cum quædam, de iurisd. om. iud. Cyn. in l. properandum, de iud. §. si autem. Inno. in c. j. de offi. ordin. sed non cogitur à laico. Sed quando fit clericus laicus, dum est in carcere, vel quando est accusatus, vel de crimine diffamatus, vide Bart. in l. j. ff. de pœn. Ioan. An. in c. j. de oblig. ad ratioci. & vid.

Bal. in l. officiales. C. de Epis. & cler. & in auth. causa quæ, eod. tit. Et Episcopus potest eligere sibi tribunal in quocunque loco suæ diocesis, c. cum Episcopus, de offi. ord. in vj. no. in c. qua frôte, de appel. Sed iudex laicus ordinaris debet ius reddere in loco consueto, gl. in l. ij. ff. de arb. Bar. in l. penul. ff. de iusti. & iure. Bart. in l. cum sententiam, C. de senten. & in l. j. C. de senten. experi. reci. vide Alexand. in addi. in l. j. ff. de legi. Et si de crimine actum, & pronuntiatum sit, executio in temporalibus debet fieri per iudicem, & dominum temporalem, authen. si quis. C. de Episcopa. audi. Nec est nouum, quod vnus exequatur sententiam alterius, c. postulasti, de foro compet. † Et damnato clerico per ecclesiam, feudum reuertitur ad dominum temporalem: & damnato laico per iudicem temporalem, feudum reuertitur ad ecclesiam, c. in quibusdam, c. felices, de pœnis, in vj. tex. in c. si quis testibus, iij. quæst. iij. & vide Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infecto. & ibi vide docto. & vide ea, quæ dixi in libro meo de administratione iustitiæ. j. par. in regula de locato. colum. xxx.

10 † Et est aduertendum, quod si Episcopus est de crimine inquisitus, vel accusatus, potest probare innocentiam suam per suos familiares domesticos, ita Bal. in addi. ad Spe. tit. de inquisitione, vers. Episcopus, & vide docto. in l. etiam. C. de testi. vbi vide Bart. & Bald. Regulariter verò testes domestici non admittuntur, d. l. etiam. l. penult. ff. de testi. c. in literis, eod. tit. Spe. in tit. de testib. §. j. vers. item excipitur, quod est domesticus. Sed fallit, vt dixi, in domesticis Episcoporum, & nobilium. Quod intellige, nisi extant cum Episcopo pro solis sumptibus vitæ, ita Cardina. in c. insinuante, de offi. deleg. Fallit etiam in casibus, in quibus veritas aliter non potest haberi, quam per domesticos. l. consensu. C. de repu. Spe. vbi supra, c. veniens, ij. de testi. & vide Bertachi. in tract. de Episcopo, fol. 64. † Et qui dicantur familiares, vide Spe. in d. §. j. vers. excipitur, cum quatuor versiculis sequentibus. & vide docto. in c. sicut, de verborum signif. lib. vj. In materia testium vide iij. q. iij. c. si testes. Et nota, quod ex consuetudine prodest iudici, vt mors Episcopi, vel alterius magni prælati annuncietur

tur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi prælatus: interest enim Regis, vel Principis, ne eligatur sibi suspectus, qui reuelet secreta regni. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milit. secundum Panor. in c. quod sicut, de elect. Quod dictum intellige, & declara secundum singulare verbum Inno. in c. super his, de accusatio. Caueant tamen Principes, ne per indirectum vsurpēt iurisdictionem ecclesiasticam, c. massana, de elect. c. sciant, eod. tit. lib. vj. Nam si princeps secularis videt prælatus institutum à summo Pontifice suspectum statui suo, debet describere summo Pontifici. iuxta not. in c. super his, de accusa.

DE POTESTATE SANCTISSIMO-
rum Episcoporum circa vltimas voluntates
alienas. Cap. XXVl.

S Y M M A R I V M.

- 1 Si intra annum executor testamentarius non impleuit officium suum, Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentium in sua diocesi.
- 2 Legatum, vel hereditas relicta pauperibus, ab Episcopo distribui debet.
- 3 Testator prohibens, ne bona stabilia vendantur, nunquid ab Episcopo pro distributione pauperum vendi possunt.
- 4 Pro paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas.
- 5 Episcopus distributor bonorum inter pauperes, actiones habet hereditarias.
- 6 Loca ad pios vsus deputata quæ sint.
- 7 De iure communis habere debet Episcopus regulariter quartam de mortuarijs relicto, fallit in aliquibus casibus.



Vnc aggrediamur de potestate Episcoporum circa vltimas voluntates alienas: quia de iure Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentium in sua diocesi, si intra annum executor testamentarius non impleuerit officium suum. c. nos quidem,

N 5 de